

Vir Spectatissime!

Tu mihi gratularis?! Gratiae
hujus ego sum indignus! Vicissim
itaque ego quoque adprecor Tibi
felicissima auspicia hujus incepti
Anni ad multos multos Annos
in optima sanitate et benedictio-
ne divina! Vivas, Vivas!!

Hoc idem precor Domino Illi
Tuo Dilectissimo!

Propinata hacce occasione
gradissima iterum conqueri debeo,

quod per bibliopolam Berolinensem,
Friedländer, deficientia volumina
(I. II. V. VII.) Sylloges itidem accipere
non possum. Idcirco iterum audeo supplex
exorare Dominum Doctorem Titium
Tuam, ut data occasione gratiose ve-
lit percontari apud bibliopolas Pa-
duanos, nam illa volumina apud illos
fortuito adhuc exstarent?

Gratias agens pro pretiosissi-
ma recordatione, ultro quoque optimis
affectibus, enixe devotus, imo cum ve-
nerationis culta emorior

Prenco 10. Tamarü BpS.

Tuus

devotissimus, servus
et cultor.

Andreas Kmetz
parochus.